



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

pareret utilitatibus parvolorum, amoremque tantæ
Matris extenderet.

ANN O M D X X V I I

25 S. P. Ignatius Sabbatum adeò habebat in
veneratione, ut admirationem, & questionem eâ re-
mouerit, vnde in carcere Complutensi Vicarius il-
lum, post alia plura, de Sabbatho interrogauit: re-
spondit Ignatius; à se Sabbathum obseruari debito
DEI Matris honori, non verò Iudaice superstitionis.
Scribit & M.S. Historia Aragoniæ Provinciæ, Ignati-
tum supremæ huic Principi, per omnem vitam cor-
datissimā, vt loquitur, seu è corde intimo sapienter
& sanctè profecta pietate, fuisse addictè dedicatum:
eamdemque pietatem ab illo Societati vniuersæ pro-
hæreditate relietam: Quisquis DEI Matrem colere
vis, memento etiam inter alia obsequia, vt aliquo pie-
tatis officio diem Sabbathi sanctifices, & in eo sanctifi-
ceris.

Sabbatū
in hon. B.
V. reveren-
ti.
lib. I.c. 7.

ANN O M D X X X I V

26 Eius, quæ nunc tanta est, vniuersæ Societa-
tis fundamenta iacta sunt in MARTIANO illo Marty-
rum monte ad Parisios: vbi in æde Beatissimæ DEI
Matris ad Martyres dictæ anno 1534. 15. Augusti,
præmissis ante quotidianis ieiunijs, & oratione pro-
lixâ, septem primi de Societate, id est, Ignatius, &
sex Ignatiij Socij, vota nuncupauere, Paupertatis,
Castitatis, quærendæ salutis animarum, & Hierosol-
ymitanæ, (si quidem id fieri vertum intra tempus
posset) nauigationis; vt se Assumptæ in cælos Vir-
gini comites adderent, seque ipsos vñà cum illa in
cælum præmitterent hac sponsione vitæ cœlestis.
Quo ipso anno Henricus VIII. Angliæ Rex fune-
ritus, publicum contræ fidem Catholicam vexillum
crexit. Quemadmodum S. Brigittæ dixerat olim
Bea-

Ad magna
inchoanda
locum, &
diem B.V.
sacrum
diligere.
Assumpt.
B.V.